

Lösungen

Capitulum VI - Pensum A

- 1) Iulius ab oppido Tusculo ad villam suam it. Villa eius prope Tusculum est.
- 2) Iulius in lecticā est inter Ursum et Davum. Dominus a servis portatur.
- 3) Ursus et Davus non saccos portant, sacci a Syro et Leandro portantur.
- 4) Saccus, quem Leander portat, non tam parvus est quam saccus, qui a Syro portatur.
- 5) Medus non est apud dominum, nam servus malus dominum timet.
Dominus a servo malo timetur.
- 6) Dominus servum malum vocat neque ab eo auditur.
Servus malus a domino vocatur neque eum audit.
- 7) Quo it Medus? Romam it. Unde venit? Medus Tusculo venit.
- 8) Ante Medum est Roma, Tusculum post eum est.
- 9) Cornelius non Tusculo Romam, sed Romā Tusculum it, nam is Tusculi habitat.
Cornelius non ambulat, sed equo vehitur.
- 10) Lydia, amica Medi, Romae habitat. Iam Medus Romae apud Lydiam est.
- 11) Medus amicam suam salutat et ab amicā suā salutatur, nam Lydia
Medum amat et ab eo amatur.